VRBANVS PP. VIII.

Morbio 27 (10)

Dilecte fili salutem & aplicam ben. Pastoris æterni, qui prout vult, dispensat singulis & plusquam merita, & vota eorum poscunt, munera gratiarum vices quanquam immeriti gerentes in terris
minores interdum honoribus efferimus, ut fiant eorum humeri in observantia mandatorum Dni fortiores. Nos itaqz te, qui ut asseris, de nobili genere procreatus existis, nrisqz, & huius sctæ Sedis
aplicæ obsequijs insistere intendis, grato affectu prosequi, ac personam tuam digniori nominis ttlo decorare volentes, teqz a quibusuis excois, suspnis, & interdicti, alijsqz ecclicis snis, cn, &
poenis a iure, vel ab homine quavis occone, vel causa latis, si quibus qmolibet innodatus existis ad effum pntium dumtaxat consequen harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. Te in nrum,
& eiusdem Sedis Notarium auctte aplica ten pntium recipimus, & admittimus, ac aliorum nrorum, & eiusdem Sedis Notariorum numero, & consortio fauorabilr aggregamus. Tibiqz ut etiamsi habitum, & rocchettu
no deferas, nihilus omnibus, & singulis fauoribus, honoribus, indultis, privilegijs, preminentijs, exemptionibus, & prerogativis, quibus alij nri, & eiusdem Sedis Notarij tam de iure, quam de consuetudine, aut alias
qmolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt qmlibet in futurum, pari modo (absqz tamen aliorum, & eiusdem Sedis Notariorum de numero participantiu
preiudicio, & citra exemptiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas, ac facultates legitimandi, ad gradus promouendi, ac Notarios creandi, aliaqz similia privilegia eisdem Notarijs de numero participantiu
concessa, seu ab eis pnsa, quibus nullibi uti valeas, & si secus a te factum fuerit, irritum, & inane existat) uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possis, & valeas, auctte, & ten pntis concedimus, & indul-
gemus. Non obstan Lateranen Concilij de certo eorundem Notariorum numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, alijsqz constonibus, & ordinonibus aplicis, ac Collegij dtorum Notariorum et iuramento,
confirmone aplica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisqz conrijs quibuscumqz. Tu igr dilecte fili sic de bono in melius virtutum studijs intendas, ut in nro, & eiusdem
Sedis conspectu ad maiora te semper exhibeas meritorum cumulis digniorem, Nosqz proinde ad faciendam tibi uberiorem gram, & honorem merito arctius inuitemur. Volumus autem, quod antequam præsentis
nræ gratiæ effectu perfrui valeas in manibus alicuius personæ in dignitate ecclica constitutæ professionem fidei iuxta articulos pridem a Sede pta propositos emittere, & solitum fidelitatis iuramentum omnino præstare
tenearis. Datum Romæ apud Sctam Mariam Maiore sub Annulo Piscatoris, die XIX. Aprilis M. DC.XXX. Pontus Nri Anno Septimo.

M. A. Maraldus

Dilecto filio Ioanni Ambrosio Palazzio Pbro Mo=
diolanen, nro, & Sedis Aplicae Notario

Morbio 27 (10)

XXIX 268

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871291690-15/fragment/page=0002